Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



410

seruatur. tamen & iangeli adfuerunt. Tu mandas salutem iacob; Non
solum prote ades. sed quam cumq: creaturam tuam adfueris. Tu mandas hoc
p salute seruorum tuorum. quod faciunt quib: mandas; Cum ergo tu ipse sis rex
meus & d̃s meus. & tu mandes salutem iacob. quare istam nunc petimur; sed
forte preterita tantum narrata sunt nobis; De futuro autem non est aliquid
tale emendo immouero sperandum; In te inimicos nros uentilabimus;
Ergo patres nri indicauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum in diebus
antiquis; Quia manus tua gentes disperdit. eiecisti populos & plantasti eos;
Ista preterita sunt. de futuro quidem; In te inimicos nros uentilabimus;
Veni & tempus quando omnes inimici xpi ante oculum sicut palea uentilentur. sicut
pulus uentilentur; Ergo & preterita sic sunt nobis narrata. & futura
tal ap̃ parenuntiata; In medio presentium quare laboremus. nisi intellectu
filius chore; In te inimicos nros uentilabimus. & in nomine tuo spernemus insur-
gentes in nos; hoc de futuro; Non enim in arcu meo sperabo; Quomodo nec
patres in gladio suo; & gladius meus non saluum faciet me; Saluos enim fecisti
nos ex adflicentib: nos; Et hoc figure preterite de futuro dicitur; sed ideo
tamquam preterit tum dicitur. Quia tam certum est. quasi factum sit; Intendere
quare plenteq: prophete tradiderunt tamquam preterita sint. cum prenuntien
tur future non facta; Nam & de ipso dno future passio prenuntiabatur;
Tamen foderunt inquit manus meas & pedes meos. dinumerauerunt omnia
ossa mea; Non dix̃ fodent & denumerabunt. Ipsi uero considerauerunt
& conspexerunt me. Non dix̃ considerabunt & aspicient; Diuiserunt sibi
uestimenta mea. Non dix̃ diuident; Omnia ista tamquam preterita dicun
tur. cum futura sint. quando & futura tam certa sunt. tamquam preterita
sint; Nobis enim ea quae preterita sunt certa sunt; quae futura. incerta
sunt; Nouimus enim aliquid accidisse. & non potest fieri ut non acciderit
quod accidit; De aprophetam. cum tam certum sit futurum. quanto ipse preterito;
Et quantum ibi quod meministi factum. non potest fieri ut non sit factum; tam illi quod
nouit futurum. non potest fieri ut non fiat; Ideo de se cum tate dicuntur tamquam
preterita. quae adhuc futura sunt; haec ergo speremus; Saluos enim
fecisti nos ex adflicentibus nos & eos qui nos oderunt confudisti; In dō laudabimur
tota die; Quid & quemadmodum mistice & iam uerba futuri temporis.
ut intellegas. & preterita quae dicta sunt. de futuro esse p̃ dicta; In dō laudabimur
tota die. & in nomine tuo confitebimur in saecula; Quid laudabimus.
quid confitebimur. quia ex omnib: adflicentib: nos eruisti nos; quia regnum